qui non diligens [alii] osculatur. Caritatem non derelinquere; duo

bus modis derelinquit quis caritatem. Uno modo per interual

la temporis. Altero funditus. & per interuallum quidem si ho

die caritatem habet. & cras non habet. & iterum habet & non

habet. Caritatem [uero] in perpetuum derelinquit, qui numquam

habet caritatem postquam eam deserit. Non iurare. Iurare

enim est aliquid sub attestatione promittere. Et reddit cau

sam quare non debeat iurare cum subdit. ne forte periuret. Ac si

diceret; ideo non iuret ut non periuret. In hoc enim [aut] loco intel

legi debet sensus euangelicus; [i. Nolite iurare] Ueritatem ex corde & ore

proferre. Sunt enim multi qui ueritatem locuntur in ore

& non in corde. & sunt qui locuntur in corde & non in ore

Illi autem qui in ore locuntur & non in corde hypocritae sunt.

qui uero in corde & non in ore. meliores sunt quam illi

qui in ore & non in corde. Sed sanctus benedictus utrumque uult.

id est in ore & in corde. Malum pro malo non reddere; [Hoc] secundum

sensum origenis dicit. Ait enim origenis. Peior est ille qui uicem

reddit. quam ille qui malum inprimis facit. Iniuriam non fa

cere. sed factam patienter sufferre. Quod dicit iniuriam non

facere. attinet ad hoc quod dicit quod tibi non uis fieri. alii

ne feceris. De hoc autem quod dicit. sed & factam patienter sufferre.

Secundum gramaticam. periero. Inde oratius. Si forte pere rat dominus. Terentius. Bachus per fecem decerpat.

Karlsruhe LB. Aug. perg. 203, f. 105v

et teneant custodiam super illos. ut non ibi lo
quantur nisi ea quę ad necessitatem pertinent illius
oboedientiae; Nam debent [etiam] magistri infantum ibi
quam esse cum suis flagellis. qui teneant custodiam sup
illos. ut ne motus aut iocos aut aliqua scurrilia agant;
Illi autem quibus iniunctum [est] legere aut psallere. cum
se ibi calefaciunt reuertantur ad oboedientiam suam.
id ad lectionem. et ad psalmodiam. aut ad aliquid op;
quod eis iniunctum fuerit. Et hoc sciendum est. quia
abbas debet locum deputatum habere ubi se fratres calefaci
unt. & illi debent facere focum qui ebdomadam [s. coquine]
dimiserunt. Item si non habuerit abbas quod t
ubi laborent fratres. debet illis iniungere lectionem
aut psalmos per elimosinarius. aut cantum aut gramma
ticam aut aliquid. Item sciendum est. quia ebdomada
rius coquinae qui insimul potuit [est] lauare [s. pannos]. lauet in alia
ebdomada. quia istud non est regulare sed honestas
est. Similiter potuit [est] etiam alter in altera ebd laua
re per labore aut aliquo impedimento. Pannos autem
lauare non debet nisi isto modo; Illi fratres qui dimiserunt
ebdm in coquina. debent calefacere aquam & in xv die;

Karlsruhe LB. Aug. perg. 203, f. 129r

et teneant cuſtodiam ſuper illoſ. ut non ibi lo
quantur. niſi ea que ad neceſſitatē ꝑtinent illiuſ
oboedientiae; Nam debent [et iā] magiſtri infantum ibi
etiam eſſe cum ſuiſ flagelliſ. qui teneant cuſtodiam ſuꝑ
illoſ. ut ne motuſ aut iocoſ aut aliqua ſcurrilia agant;
Illi aūt quibuſ iniunctum [eſt] legere aut pſallere. cum
ſe ibi calefaciunt reuertantur ad oboedientiā ſuam.
id ad lectionem. t ad pſalmodiā. aut ad aliquid op;
quod eiſ iniunctū fuerit. Et hoc ſciendum eſt. quia
abb debet locum depūtatum habere ubi ſe frſ calefaci
unt. & illi debent facere focum qui ebdomadam [ſ. coquinę]
dimiſerunt. Item ſi non habuerit abbas quod t
ubi laborent frſ. debet illiſ iniungere lectionem
aut pſalmoſ ꝑ elimoſinariiſ. aut cantū aut gramma
ticam aut aliquid. Item ſciendum eſt. quia ebdomada
riuſ coquinae qui inſimul potuit [eſt] lauare [ſ. pannoſ]. lauet in alia
ebdomada. quia iſtud non eſt regulare ſed honeſtaſ
eſt. Similiter potuit [eſt] etiam alter in altera ebd laua
re ꝑ labore aut aliquo impedimento. Pannoſ autē
lauare n̄ debet niſi iſto modo; Illi frſ qui dimiſerunt
ebd[m] in coquina. debent calefacere aquam. & in xv die;

Karlsruhe LB. Aug. perg. 203, f. 129r